

sanctus Augustinus: Primo omnium fides necessaria^x est, ut ipse dominus in evangelio ait: 'Sic³⁸ enim dilexit deus^y mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat^z, set habeat vitam eternam'. 'Qui³⁹ autem non credit, iam iudicatus est'. Et apostolus^a: 'Sine⁴⁰ fide impossibile est placere deo'. Nemo ergo ad veram beatitudinem pervenire potest, nisi qui deo placeat, et nemo deo^b placere^c potest nisi per fidem. Fides ergo bonorum omnium est fundamentum, humane salutis initium. Sine hac nemo hic misericordiam consequitur^d in^e saeculo neque in futuro. Proinde omnis homo discat fidem catholicam, maxime tamen doctores populi christiani, ut possint veritati contradicentibus resistere et pacem fidei catholice amantibus prodesse. 145

Quomodo quis docet, quod non didicerat, vel quomodo pastor esse poterit, qui gregem dei sana doctrina pascere ignorat? Ideoque non erubescat nesciens discere, quod ignorat, nec sciens tardus sit docere, quod novit. Quia uterque rationem⁴¹ coram deo redditurus est pro accepta pecunia domini sui et servus fidelis in gaudium intrat domini^f, piger autem in tenebras eicitur exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium^g, quod nos divina pietas evadere concedat. 155 160

Deinde necesse est, ut^h unusquisque primum sue condicionis ordinem adtendat, sicut idem doctor ait, et venerandam sancte trinitatis in se ipsumⁱ imaginem agnoscat, non in corruptibili^j corpore, sed in anima spiritali, que est immortalis^k / et eterna. Sic enim dominus^l ubique totus, plenus et perfectus est^m, omnia vivificans, movens et gubernans, sicⁿ anima hominis in corpore ubique tota, plena est et perfecta, vivificans eum, movens et gubernans. Nec aliquid magis homini in hac mortalitate^o cor- 165

x) necessaria est fehlt M.

y) fehlt M.

z) pereat Hs.

a) Paulus M.

b) deo über nemo geschrieben Hs.

c) potest placere M.

d) consequit Hs.

e) folgt hoc M.

f) folgt sui M.

g) gentium M.

h) folgt dilecto M

(Mordek/Schmitz emendieren zu diligentius).

i) ipso M.

j) corruptibilem M.

k) immortalis – eterna] immortalitas eterna M.

l) deus M.

m) fehlt M.

n) folgt et M.

o) mortalitate corporis manenti] vita corporis manenti M.

durch Alkuin, *De fide sanctae trinitatis*, auch die *Admonitio generalis* von 789 und andere Kapitularien) nicht eigens nachgewiesen, wohl aber die Bibelzitate. Die textlichen Abweichungen zur Überlieferung von MORDEK/SCHMITZ (= Clm 19414 fol. 75v-76v [Sigle M]) werden im Variantenapparat vermerkt; bessere Lesarten werden aus M übernommen.

38) Ioh. 3,16.

39) Ioh. 3,18.

40) Hebr. 11,6.

41) Vgl. Matth. 25,14-30.